



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

enarratio 15 ca. & quidam descendentes art. 15

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

IN ACTA APOS. EXEG.

in exordio, cum episcopis inquit & diaconibus L & orassent cum ieiunationibus & orationibus, commenda-
uerunt eos domino in quem crediderant. qui solus est
principalis conseruator & custos. L Transeuntesque
Pisidiam, venerunt Pamphylia. prouinciã Asiã L &
loquentes verbum dei in Pergen. ciuitate Pamphylia
L descenderunt in Attaliam. quã secundum Bedam ẽ
ciuitas Pamphylia maritima. L Et inde nauigauerunt
Antiochiam. Syria. L vnde erant traditi gratia dei.
id est, ab alijs sanctis ibidem exhibitis operibus gratia
spiritus sancti. L in opus quod compleuerunt. id est, ad
prædicationem & apostolatus officium, vt dictũ est ca-
pitulo. 13. L Cum autem venissent Antiochiam, & con-
gregassent ecclesiam, narrauerunt quanta fecisset deus
cum illis. id est, quantam dedisset eis virtutem & gra-
tiam in conuersione gentilium & Iudæorum quorun-
dam. quia aperuisset gentibus ostium fidei. id est, fi-
dem quã est ianua ad cætera dona, gentibus infudisset
L Morati sunt autem tempus non modicum cum disci-
pulis. in Antiochia. Hæc autem ad dei gloriam & audi-
entium spiritalem exhilarationem ecclesie retulerunt.

¶ Expositio capituli. xv. Et quidam
descendentes. Artic. xv.

Consequenter ardua quædam quæstio determi-
natur quæ in primitiua ecclesia multos salicita-
uit. L Et quidam descendentes de Iudæa. præ-
fertim de Hierusalem, erantq; isti Iudæi de secta Pha-
risæorum ad Christum conuersi, vt infra habet. L do-
cebant fratres. id est, Christianos in Antiochia confi-
scentes de gentilitate conuersos. L quia, nisi circumci-
damini secundum legem Moysi, non potestis salui fie-
ri. id est, obseruatio legis euangelicæ, sine custodia le-
gis Mosaicæ & circumcisionis potissime vobis non suf-
ficit ad salutem. Non enim solam circumcissionẽ, sed cæ-
tera quoq; legalia, voluerunt a conuersis gentilibus ob-
seruari, eadẽq; ratio ẽ de circũcisione & cæteris. Prop-
Galat. 5. ter quod ad Galatas, ait Apostolus. Testificor omni ho-

mini circumcidenti se, quia debitor est vniuersæ legis
 seruandæ. L. Facta ergo seditione non minima Paulo &
 Barnabæ aduersus illos. L. Paulus enim & Barnabas do-
 cuerunt oppositum, nec gētes a se conuersas ad legalia
 induxerūt, nisi q̄ ad præcepta moralia, & q̄ a Christo
 iubentur, suntq; de naturalis dictamine rationis, prop-
 ter quod ad eorū custodiam omnes tenentur. L. fiatue-
 runt. L. id est, omnes ibi fideles concorditer ordinauerūt
 L. ut ascenderent Paulus & Barnabas, & quidā alij ex
 alijs. L. id est, aliqui de parte aduersa. L. ad Apostolos &
 presbyteros. L. id est, sacerdotes seu seniores. L. in Hierusa-
 lē super hac quæstione. L. ad solutionem ipsius habendā
 & in hoc iuxta legis dogma sapienter fecerunt. In Deu-
 teronomio enim legitur. Si difficile & ambiguū apud
 te iudicium eē perspexeris, venies ad sacerdotes, & illi
 indicabunt tibi iudiciū veritatem. De hac re scribit ad
 Galatas sanctus Apostolus. Deinde post annos qua-
 tuordecim ascēdi Hierosolymam cū Barnaba, assumpto
 & Tito. Et contuli cum illis euangelium quod prædi-
 co in gentibus. Circa quod oritur quæstio. Nam dictū
 est supra, iussu fuisse Apostolis vt duodecim annis in
 Iudæa prædicarent, quomodo ergo quartodecimo aō
 conuersionis Pauli, quidā eorum in Hierusalem sunt in-
 uenti. Ad quod respondet Scholastica historia, qd̄ tert-
 odecimo anno exire cœperunt, nō fiat i tñ in toto reli-
 querunt Iudæam. Beda quoq; huc ait. Scimus Petrum et
 Paulum Apostolos anno post dōmini passionem. 33. id
 est, vltimo Neronis anno passos martyrium, tamen in
 Scholastica historia fertur id. 59. anno peractum, forte
 liber expositionis Bedæ quem vidi non fuit correctus.
 Petrus autem. 25. ānis in cathedra episcopali sedit Ro- Galat. 2.
 mæ. Ex quibus colligitur; quia eodem anno quo Pau-
 lus nunc scribitur ascendisse Hierusalem, Petrus quoq;
 ascenderit Romam, quo pergens transiit p̄ Antiochiā
 vt confirmaret subditos suos, quibus iam ante præiit
 septem annis, quibus in Antiochena sede sedit, & in
 hoc transitu per Antiochiam restrit ei Paul⁹, quoniam
 discernebat cibos. Vnde ad Galatas loquitur Paul⁹. Cū

IN ACTA APOS. EXEG.

venisset Cephas Antiochiam in faciem restiti ei. L Illi ergo J videlicet, Paulus & Barnabas Ldeducti ab ecclesia J Antiochena. Aliqui enim fidei loci illius ad spacium pergebant cum eis L venerunt Phœnicē & Samariam J id est, ad has regiones terræ sanctæ L narrâtes J ad gloriam dei L conversionem gentium, & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus J qui tanquam veraciter charitatiui de proximorum sicut de propria gloriabantur salute, præsertim quod Christi passionē sic fructificare cernebant. L Cum autem venissent Hierosolymam recepti sunt ab ecclesia, & ab Apostolis & senioribus J qui præfuerunt ecclesiæ illi, & maxime a

E Gal. 2. Jacobo tunc ibi antistite. Denique sicut ad Galatas habetur. Petrus, Iacobus & Ioannes tunc erant ibidē L annunciantes quanta fecisset deus cum illis J sicut in fine præcedentis capituli dictum est atque expositum. Vñ cum aliquis quendam aut quosdam conuertit, non suæ id ascribat virtuti, sed gratiæ dei, nec in se sed in domino gloriatur, quia reuera grande est beneficium dei quod vnum hominem sibi facit cooperatorem in conuersione aut saluatione alterius. L Surrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum q̄ crediderāt J Isti Pharisæi credentes, dicunt de hæresi Pharisæorum, vel quæ de illorum secta aũ conuersionem fuerunt, sicut & Paulus, vel quia legalia cum Euangelio pertinaciter obseruanda dicētes, non catholici sed hæretici extiterūt L dicentes quia oportet circumcidi eos J id est, gentiles conuersos L præcipere quoque J Apostolos & prædicatores, siue prælatos, inferioribus istis, & cunctis ad Christum conuersis sibi commissis L seruare legem Moyfi J non solum quæ ad præcepta moralia, sed etiam cæremonialia ac iudicialia. L Cõuenerunt q̄ Apostoli & seniores videre J oculis mentis, id est, cõsiderare & determinare L de verbo hoc. Cum autem magna inquisitio fieret J p̄ vtraque parte varijs argumentis adductis L surgēs Petrus dixit ad eos J p̄pter reuerentiã tam venerandi ac sancti cõuentus, p̄sertim Iacobi Ap̄i atq̄ episcopi ibi tunc p̄sidentis, & item vt melius iter tot audiret surrexit at

ehiapostolus, i quo & humilitatis reliquit exemplum.
 L Viri ffes, vos scitis quoniam ab antiquis diebus J .i.
 añ multos annos, videlicet, non die post Christi ascen-
 sionem, atq; paraleti missionem L in nobis elegit deus
 per os meum gentes audire verbum Euangelij & crede-
 re. J .i. me primo deus destinavit ad pdicandum Euāge-
 licam legem gentilib. puta Cornelio centurioni & su-
 is, quibus & per me, fidem gratiamq; infudit L & qui
 corda nouit deus J id est, deus intallibilis iudex, cordi
 um humanorū inspector L testimoniū phibuit J illos si-
 bi placere, & me secundum ei⁹ beneplacitū illis pdicare,
 L dans illis spiritū sanctum J in signo visibili siue sensi-
 bili, etiam anteq; baptizarentur L sicut & nobis J dedit
 in die Pentecostes L & nihil discreuit inter nos J circūci-
 sos ex Iudaismo credentes L & illos J ex gentilitate con-
 uersos L fide J formata q̄ per dilectionē opat L purifi-
 cās corda eorū J nō obseruantis legis, qa credendo, nō
 legem seruando meruerunt accipere spiritum sanctum
 iustus enim ex fide uiuit, & p fidem habitat Ch̄sus in
 in nob, qui in Euāgelio ait frequenter. Fides tua te sal-
 uū fecit. Nā fide, error & ignorantia intellectus repelli-
 tur, oculus mētis in vltimū finē dirigitur, vis intellecti
 ua i captiuitatem se redigit, & deo p̄fecte se subijcit, as-
 sentiendo seu adhærēdo his quæ comprehendere nequit
 propter authoritatē & reuerentiam primæ & inuio-
 labilis veritatis. L Nunc ergo quid tentatis deum? J .i.
 cur laboratis diuinæ dispositioni resistere, & aliter quā
 ipse iussit peragere, vtpote L imponere iugun J id est,
 onus obseruationis legalium L super ceruiccs J .i. vires
 operatiuas L discipulorū J .i. Christianorum præsertim
 gentilium conuersorum L quod neque nos, neque patres
 nostri portare potuimus J propter multitudinem p̄cep-
 torū legis & eorundē rigorē, vt enim asserit Rabbi Mo-
 yses, tot erant præcepta in lege, quot ossa sunt in homi-
 ne. Verum cum certum sit deum impossibile non
 iubere (dicente Hieronymo in expositione fidei catholi-
 cæ. Anathema sit qui dicit deū aliquid impossibile præ-
 cepisse) onus præceptorum legalium importabile

Roma. 1.

Ephes. 3,

Matt. 9.

Marci. 5,

Luca. 7.

fuisse Iudæis asseritur, non quia simpliciter obseruare non poterant, sed quia difficillimum fuit vniuersa seruare, sicq; patres legis dicuntur ea non potuisse implere ob difficultatem, non ob absolutam impossibilitatem.

- Iosue. 11.** Vnde nonnulli eorum ea seruasse noscuntur, sicut de Iosue scriptum est. Iosue. 11. Non præteruit Iosue de vniuersis mandatis domini ne vnum quidem verbum quæ præcepit Moysi. [Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari.] Hoc verè est, siue gratia accipiatur pro habitu gratiæ gratum facientis, siue, p quo cunq; gratioso auxilio Christi, siue pro virtute & merito passionis ipsius. Meritū enim v̄tus & gratia Christi, passionisq; eius, nobis p sacramenta ecclesiæ applicatur. & quicquid virtutis, salutis aut meriti in nobis consistit, per meritum Christi nobis impenditur. Prop
- Ioann. 1.** ter quod scriptum est Ioannis primo. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. De quo Esaiæ. 53. fertur. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum, cuius liuore sanati sumus. Hinc subditur [quemadmodum illi] videlicet, patres nostri, patres veteris testamenti, qui omnes per aduentum ac opem, passionem, & meritum regis Messiæ saluari sperabant, erantq; ei per fidem charitatem et spem cuncti. Vnde & Abraham ante circumcisionem placuit deo per fidem, nec tamen quisquam illorum sine Christi passione & merito ab originalis peccati reatu quieuit
- Gen. 15.** saluari, aut patriam ingredi. Hinc in Genesi Iacob patriarcha faretur: Salutare tuum expectabo domine. [Tacuit autem omnis multitudo.] Etenim in tam p̄deroso tractatu non decuit quempiam leuiter loq, aut tanti Apostoli interrumpere verba, secundum quod in
- Gen. 49.** Ecclesiastico legit. In medio seniorum ne adicias loq. Itemq; Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. [Et audiebant Barnabam & Paulum narrantes quanta fecisset deus signa & prodigia in gentibus p eos.] Per quæ verba argumentatio sancti Petri confirmabatur. Non enim inter gentiles deus mirabilia illa fecisset, nisi & Apostolorum istorum prædicationem, & illorum conuersionem acceptasset. Consequenter in

C A P V T. X V F. LXXIX.

ducitur diffinitiuā sententia Iacobi Hierosolymitarū
episcopi, qui pontificali authoritate habuit determina-
tionem proferre. [Et postq̄ tacuerunt, respondit Iaco-
bus] vnde in tractatibus consiliatiuis, nullus debet præ-
cipitanter quid loqui, aut iudicium vsurpare. [Viri
fratres audite me] quam breue facit præambulum, cō-
tra eos qui tēdiosa prolixitate verba multiplicant. [Si
mon narravit quemadmodum deus primo visitauit]
id est, gratiose dignatus est [sumere ex gentibus po-
pulum nomini suo] id est ad sumptius gloriam quosdā
ex gentibus ad fidem conuertere. [Et huic concordāt
verba prophetarum] quorum multi de gentium illu-
minatione varicinari sciuntur potissime Esaias, Ozee Esai. 60.
quoq; & Daniel [sicut scriptum est.] Amos 9. [Post Esai. 66.
hæc reuertar & ædificabo tabernaculum Dauid quod
cecidit, & diruta eius reædificabo & erigam illud vt re-
quirant cæteri hominum dominum, & omnes gentes
super quas inuocatum est nomen meum, dicit dominus
faciens hæc.] Hanc autem scripturam allegat Lucas se-
cūdm trāslationem septuaginta, nostra vero transla-
tio habet sic: In die illo suscitabo tabernaculum Dauid
quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius,
& ea quæ corruerant instaurabo. Et reædificabo sicut
in diebus antiquis, ut possideant reliquias Idumææ &
omnes nationes, eo quod inuocatum sit nomen meum
super eos, dicit dominus faciens hæc. Itaq; sensus est.
Post hæc, id est, post Israeliticæ plæbis dispersionem p̄
oēs gentes, seu legis Mosaicæ cursum, reuertar, p̄ mul-
tiplicis gratiæ meæ effectū, post vnigeniti filij mei mis-
sionem in mundum, & ædificabo, in fide, moribus, sa-
cramentis, virtutibus, tabernaculum Dauid, id est, eccle-
siam Christi, quod cecidit, per vicia & errores, præser-
tim per idolatriam ante legem & sub lege. Itaq; per ec-
clesiam Christi hoc loco, designatur vniuersitas fidelium
a principio mundi vsq; ad finem ipsius, de qua in Euā-
gelio dicitur. Simile est regnū cælorum homini patri-
familias, qui exiit primo mane conducere operarios in Matt. 20.
vineam suam. Vbi per primum mane, prima mūdi

IN ACTA APOS. EXEG.

ætās inuenitur. Porro q̄d per Dauid intelligatur Christus ad literam, patet in diuersis locis scripturæ, videlicet, Hierem. 30. Seruient domino deo suo, & Dauid regi suo. Ezechielis. 34. Ego ero eis idcum, & serus meus Dauid princeps eorum, & diruta eius, id est, per transgressionē legis natural' & scriptæ destructa atq; diuisa, reedificabo, omnes gentes in ecclesiastica unitate colligendo, & erigam illud, id est, ad cælestia eleuabo, & multis miraculis beneficijsque p̄claris honorabo: vt requirant cæteri hominum dominum, id est, gentiles quoq; ista cernentes conuertantur ad Christum, & pro id est, omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, quæ post conuersionem suam me super se inuocauerunt, & pro quorum cōuersione sancti patres me orauerunt. ¶ Notum est a sæculo domino opus eius, id est, æternaliter ei innotuit quicq; in tempore facit, & q̄d de gentium conuersione operari decreuit, iuxta illud Ecclesiastici. Domino deo antequam crearentur omnia sunt cognita. ¶ Propter quod ego iudico tanq̄ ep̄s ¶ non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad dñm. ¶ .i. gentiles conuersos non esse turbandos seu aggrauandos per obligationem ad seruanda legalia ¶ sed scribere eis vt abstineant se a contaminationibus simulacrorum ¶ id est, a cultura deorum quib⁹ anima non mundatur sed maculatur. Vel contaminationes simulacrorum vocantur comestiones idolothorum videlicet, sacrificiorum idolis oblatorum, quod fuit in lege prohibitum ¶ & fornicatione ¶ quam gentiles reputabunt opus naturale ac licitum ¶ & suffocato ¶ id est, esu cuiuscunque animalis per suffocationem occisi ¶ & sanguine ¶ id est sanguinis effusione, vel māducatione cum sanguine. Horum quatuor, tria sunt ad cæremonialia legis spectantia, scilicet, primum, tertium, quartum, quæ iccirco Apostoli gentibus præceperunt, q̄tenus cū iudeis cōuersis cōcorditer coalescerent ac socialiter viuerēt, sicut frequenter ī societate plurimorū ex diuersis nationibus collectoꝝ aliq̄ ordinatur p̄ pacē cōi ad temp⁹. Postmodū vero Euāgelicæ legis veritate pleni⁹ elucidata cessauit obseruatio horū triū, q̄a vt ait

1. peral. 11

Jacob. 2.

Eccles. 23.

Saluator, non quod intrat in os coinquinat hominem. Omnis quoque creatura dei bona, nihilque reijciendum quod cum gratiarum actione sumitur. Sanctificat enim per verbum dei & orationem. ¶ Moyses enim a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui cum .i. scripturas & libros eius ¶ prædicent in Synagogis, vbi per omne sabbatum legitur. ¶ Hoc intelligendum est de urbibus Iudææ, & aliquarum terrarum in quibus dispersi fuerunt Iudæi. Vbi a tempore suæ dispersionis libros legis habuerunt atque legerunt, qui etiam ad Christum conuersi, non protinus legalia omiserunt in toto, sed paulatim, quibus euangelio diuulgato determinauit Ecclesia, legalia omittenda. ¶ Tunc placuit Apostolis & senioribus cum omni Ecclesia ¶ Hierosolymitana ¶ eligere viros ex eis, & mittere ¶ eos ¶ Antiochiã cum Paulo & Barnaba ¶ omnes enim concorditer verbis Petri & Iacobi, consenserunt. Deinde viri illi electi exprimentur ¶ Iudam qui cognominabatur Barsabas, & Syleam, viros primos in fratribus ¶ .i. post Apostolos inter notabiliores seu eminentiores, in quibus dona gratiæ clarius emicabant. Supra quoque. 2. capitulo dictum est quod Ioseph cum Mathia constitutus, ut vnus eorum Apostolus fieret, cognominatus sit Barsabas, quod interpretatur filius quietis. Et forte ab excellentia huius perfectionis, seu gratiæ contemplationis, sic vocatus est Iudas iste ¶ scribentes ¶ .i. scriptam epistolam dirigentes ¶ per manus eorum ¶ videlicet Iudæ atque Syleæ, non Pauli & Barnabæ qui in hac causa pars fuerunt. ¶ Apostoli & seniores fratres his qui sunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus ex gentibus ¶ .i. de gentilitate conuersis ¶ salutem ¶ .i. veram beatitudinem optant. Porro Syria quæ ab Hebræis Aran dicitur regio est inter Euphratem & mare mediterraneum, usque ad Aegyptum pertingens, & maximas habet puincias. Cilicia quoque nomen est puinciæ Asiæ. Nam & Paulus de Tharso urbe Ciliciæ fuit. ¶ Quoniam audiimus quod quidam ex nobis exeuntes ¶ videlicet Pharisei prefati credentes ¶ turbauerunt vos evertentes animas vestras ¶ a tranquillitate & sinceritate Euangelii. conuersationis quibus non mandauimus ¶ ut ita docerent legalia obseruare. ¶ placuit nobis collec-

IN ACTA APOS. EXEG.

Matth. 18.

tis in vnum. Incorporaliter ac spiritualiter, quia de cōmuni sensu acta sunt hæc, imò & de Christi inspiratione q̄ ait, vbi fuerint duo vel tres cōgregati in nomine meo. Ibi sum in medio eorum. Eligere viros. Videlicet, Iudam & Syleam. & mittere ad vos cum charissimis n̄is Barnabo & Paulo, hoīb⁹ qui tradiderūt aīas suas. Id ē, mortis picul⁹ exposuerūt diuersis laborib⁹ mācipauerūt. Lp nomine dñi n̄i iesu Ch̄i. Id est, ex eius amore p̄ catholica veritate ad ipsius honorem. L Misimus ergo Iudam & Syleam, qui & ipsi vobis eadem verbis referent. Quæ in epistola cōtinentur, vt sitis certissimi de nostra responsione, verbis & scriptis instructi. L Visum est enim. Id est, bonum apparuit, seu placuit. L spiritu sancto. L q̄ infallibilis est magister, & arbiter suæ potestatis existens, vbi vult spirat, & ea quæ vult loquitur. L & nobis. L spiritus sancti illuminatione edoc̄tis non sensum humanum sequentibus. L nihil vltra vobis imponere oneris. Id est, obseruatiæ legalis. L quā hæc necessario. L obseruanda propter causas præactas. L vt abstinere ab imolatis simulacrorum, & sanguine & suffocato. Quæ verba iam exposita sunt. L & fornicatione. Quod non ad cæremonialia, sed moralia spectat præcepta. Nec dubium quin Paulus & Barnabas de fornicatione id ipsum docuerint, ab Apostolis tñ repetitur, vt a gentibus fortius obseruetur. L a quibus custodientes vos bene agetis. Id est, meritorie, iuste, & obedienter viuetis, simul & alia a Christo tradita adimplentes. L Illi ergo dimissi. L ab ecclesia Hierosolymitana. L descenderunt Antiochiam, & congregata multitudo. L conuersorum ibidem fidelium. L tradiderunt epistolā. Quā cum legissent gauisi sunt. L gentiles conuersi. L super cōsolatione. Id est, de consolatoria ista epistola, per quā a legalium iugo exonerabantur. L Iudas autem & Syleas & ipsi cum essent prophetae. L spiritu enim fulserūt propheticō, & Apostolicæ p̄fectionis viri fuerūt. L verbo plurimum consolati sunt fratres, & cōfirmauerūt. L in fide atq; virtutibus. Saluberrima enim documenta, & scripturarum allegationes, cum finali remuneratiōe

iustorum ac impiorum proposuerunt, quibus auditis
 fratres conuersi in bonis actibus roborabantur .i. in
 mundi contemptu & diuinitatis amore creuerūt. **L** Fa-
 cto autem ibi aliquanto tempore, dimissi sunt cum pa-
 ce **L** ab Antiochia **L** a fratribus **L** illius vrbis **L** ad eos
 qui miserunt illos **L** .i. qui in Hierusalem erant. Hoc ra-
 men de Sylea accipiendum non est, quia cum Paulo re-
 mansit, nam sequitur. **L** Visum est autem Syleæ ibi re-
 manere **L** Judas autem solus abiit Hierusalem. **L** Pau-
 lus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ **L**
 tuncq; impletum fuit, quod ait Paulus. **Gal. 2.** Cum venisset
 Cephas Antiochiam, in faciem restiti ei **L** docentes &
 euangelizantes cum alijs **L** pluribus viris sanctis in An-
 tiochia existentibus **L** verbum dei **L** Verum quod dictū
 est, visum est autem Syleæ, vsq; ad id, Paulus autem &
 Barnabas, non est de textu, nec habetur in Græco, neq;
 in libris correctis, sed olim glossaliter additum, inser-
 tum est textui. **L** Post aliquot autem dies, dixit ad Bar-
 nabam Paulus. Reuertentes visitemus fratres per vni-
 uersas ciuitates in quibus prædicauimus verbum do-
 mini, quomodo se habent **L** .i. redeuntes ad eos, videamus
 qualiter stent in fide, cæterisq; virtutibus. In quo
 patet quanta fuerit in Paulo omnium sollicitudo eccle-
 siarū. **L** Barnabas autem volebat secum assumere Ioan-
 nem qui cognominatur Marcus **L** de quo dictum est sæ-
 pe. **L** Paulus autem rogabat eum **L** .i. Barnabam **L** vt
 quia Ioannes discessisset ab eis a Pamphylia **L** sicut vnde
 primo capitulo scriptum est **L** & non esset cum eis in o-
 pus **L** .i. opus dei viriliter aggressus non fuit videlicet
 prædicationis officium, seu persecutionis periculum, sig-
 dem timore imminentium periculorum abscessisse vi-
 detur **L** non debere recipi eum **L** in comitatu, ne rursus
 deficiens alios suo scandalizaret pauore. Prædicantes
 etenim vbum dei potissime inter infideles, stabiles esse
 debent, impterriti, & p fide seu ægrote mori parati.
L Facta est autem dissensio **L** inter Paulum & Barnabam.
 Ista dissensio non fuit viciosa sed potius a. ff. vt sancti **2. Mach. 7**
 viri ab inuicē separati, maiorem fructum prædicando p-
L

ducerent, dum in pluribus locis ac gentibus, verbū dei disseminarent. Vterq; etiam ex rationabili mouebatur motiuo, nec quicquam proprii commodi quispiam eorum quærebat, sed bonum commune, nec enim ex impotentia aut simili passione, sed ratione dictante separabantur. Vñ scđm doctores paci atq; concordia, aliqui non repugnat qđ aliqui in duobus discordant, dum mō in vno tertio sint concordēs. Et sic fuit in isto. Nā & Paulus & Barnabas concordabant in hoc, vt id fieret, qđ fuit magis pro dei honore, & Euangelicæ pđicationis profectu. ita vt discederent ab inuicem. Et Barnabas quidem Assumpto Marco nauigaret Cyprū de qua fuerat natus. Dicit aut hoc loco Scholastica historia. Ex eo quod Barnabas noluit Marcum dimittere, perpenditur fuisse eius cognatus, leguntur enim fuisse consobrini, iuxta illud ad Coloss. Salutatur vos Aristarchus, & Marcus consobrini Barnabæ. ¶ Paulus autem electo Sylea ¶ in adiutorem & comitem ¶ profectus est ¶ in Antiochia ¶ traditus ¶ i. oblatu seu commissus ¶ gratiæ dei ¶ tanquam fortissimo adiutorio, sine quo nihil valebat ¶ a fratribus ¶ Antiochenis pro ipso deuotissime interuenientibus ¶ Perambulabat autē Syriam & Ciciliam cōfirmans ecclesiam ¶ i. fideles, quoscunque inuenit, præcipiens eos custodire pcepta Apostolorum & seniorum qui in Hierusalem erant, & aliqua pro fidelium salute instituerunt seruanda, sicut in præsentī capitulo de quatuor punctis inductum est.

Colos. 4.

¶ Expositio capituli sextidecimi. Peruenit autem in Derben & Lystram.

Articulus sextus decimus.

AB hoc loco vsque in finem voluminis prosequitur sanctus Lucas prædicationes, actus, atque miracula Pauli Apostoli. ¶ Peruenit autem ¶ Paulus cum Sylea ¶ in Derben & Lystram ¶ ciuitates prouinciæ Lycaoniæ. ¶ Et ecce discipulus quidam erat ibi ¶ scilicet in Lystris ¶ nomine Timotheus ¶ iam Christianus effectus ¶ filius mulieris viduæ ¶ nam pa-